Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



terficiebam oratione. qua debent eici
ne crescant. omnes peccatores terre. i.
demones. qui omnem carnem faciunt
peccare. ita interficiebam. ut disp
derem omnes operantes iniquitatem. i.
ca omnes inmissiones. uel summissi
ones. diaboli. de ciuitate dni. Ci
ca uitas dei est anima iusti. Vnde dia
bolus dispergitur & remouetur. c. i. iord.
c. initi.

DOMI
NE
EXAU
DI ORA
TIONEM
MEAM. &
clamor me
us ad te ueni
at. Non auertas
faciem tuam a me. in quacumque die
tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te
au uelocitur exaudi me.

DNE exaudi orationem meam.
Tytulus. Oratio pauperis cum
anxiaretur. & in conspectu
dni effudit precem suam. Iste est qui
ntus psalmus penitencie. & quartus
qui oratio dicitur. Pauper uero de quo
agit tytulus xpc est. qui cum esset
diues, apud deum. per quem & omnia
facta sunt. factus est pauper secundum
formam serui. s; pauperior est in
menbris. quorum egestati suam ad
didit paupertatem. ut eis suas communi
caret diuicias. Vbi enim se pau
perauit. menbra ditauit. in quibus sunt
& penitentes. quos in se transfigu
rans. i. in quorum persona lo quens
dicit. Cinerem tanquam panem
manducabam. Non enim in ea ege
state erat. ut hoc in sua persona dicere
posset. s; in menbris. Ecce quomodo con
temperantur tam ima tam alto. i. u
nione uocis. coniunguntur menbra
capiti. Sicut enim sunt duo in car
ne una. sic & in uoce una. Sicut &
a propheta ysaia. sponsus & sponsa dicitur
his uerbis. Sicut sponso alligauit
michi mitram. & sicut sponsam indu
it me ornamento. Sponsus dicitur
propter caput. & sponsa propter corpus
dicitur. nec tamen mutatur uox uel
persona. Xpc ergo pauper in nobis. & no
biscum. & propter nos; hic orat in
persona penitentis suam deiectionem
& causam deiectionis recognos
centis. & a peccatis liberari atque in
pristinum statum restitui petentis;
& est sensus. Psalmus iste est oratio
pauperis. i. xpi. qui est pauper. & in
se & in menbris. in quorum persona lo
quitur. oratio dico habita dum an
xiaretur. in miseriis. in quas de
iectus est per peccatum primi de
hominis. & ut eas euaderet. & e
effudit precem suam. in conspectu
dni. per quem solum potest libera
ri. Intencionem monet omnis suam adu
tere miseriam. & petere dei miam.
Modus. quatuor sunt particiones.
Prima pars est captacio deprecati
ua. Secunda flebilis narratio. ibi.
Quia defecerunt. Tercia pars. est
certitudo impetrandi ueniam. ibi.
Tuauit. Quarto dicit quod de sua bre
uitate transeat ad eternitatem. ibi.
Respondit ei etc. Et quia in tytulo
tria memorauit. scilicet. orationem. pa
upertatem. anxietatem. singula su
is locis executurus a oratione in
cipit dicens. Dne exaudi oratio
nem meam. Ecce oratio. Deinde repe
tit. & clamor meus. ecce oratio cui
uit. in clamorem. ad te ueniat.